UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Epistolæ obscvrorvm virorvm

cvm inlvstrantibvs adversariisqve scriptis

Textvs

Hutten, Ulrich von

Lipsiæ, 1864

33. Petrus Lapp

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-976

Visual Library

tates'. Deus det quod recte eat, tunc volumus triumphare, et postea ex tota Almania pellere illam poetriam. Et volumus facere quod isti Iuristę non audent dicere unum verbum, quando sunt cum Theologis: quia timebunt ne mittant super eos Inquisitorem et comburant eos pro hęreticis, sicut nunc spero quod fiet Iohanni Reuchlin adiuvante deo, cuius nos sumus iudices: quia sicut milites sęculares defendunt Iustitiam in terris, ita nos defendimus Ecclesiam per disputationes et prędicationes. Sed parcatis mihi de longiloquio. Et Valete. Datum Romanę Curię.

33.

ℂ Petrus Lapp

sacrę paginę Licentiatus

Magistro Ortvino Gratio

Salutem.

Secundum quod semel scripsistis mihi, vir venerabilis, quod habetis valde magnum miraculum abinde quod pro nunc sunt ita multi excellentes Doctores in Colonia, et etiam alii non adhuc promoti sed propediem Magistri Nostri, et multi egregiissimi theologi, et nominastis mihi Magistrum nostrum Iacobum de Hochstraten, Magistrum nostrum Arnoldum de Tungari, et Magistrum nostrum Remigium, et Magistrum nostrum Valentinum de Gelterßheim, et Magistrum nostrum Petrum qui tempore meo regebat in bursa Kück, et dominum Rutgerum Licentiatum et multos alios qui actu sunt Colonię, et etiam Iohannem Pfefferkorn qui quamvis est laicus et indoctus in artibus liberalibus, et nunquam visitavit scholas Christianorum et non didicit Grammaticam aut logicam, tamen ut scribitis habet profundum intellectum et Cor illuminatum. Etiam apostoli non fuerunt docti, et tamen sciverunt omnia. Et sic putatis, quod spiritussanctus potest prędicto Iohanni Pfefferkorn infundere omnem scientiam sanctorum, sicut dicit scriptura. Etiam nominastis mihi in Maguntia duos Magistros nostros, Dominum Bartholomęum Zehener prędicatorem in summo, et Dominum Petrum Bertram plebanum. Et in Franckfordia dominum Petrum Meyer qui est mirabilis in sermonibus suis Et quando vult ipse facit homines ridere, et quando vult facit eos flere, et facit mirabilia prędicando.

---

[3] . Quia *4.5.* [5] . Sicut *4.5.* Ioanni *5.* [6] . Quia *4.5.* [7] : Ita *4.* . Ita *5.* [8] Vale. Da. Ro. Cu. *5.*

[12] M. *4.* [13] Salu. *4.* [16.17] M. N. *4.5.* [17.18] M. n. Ia. de hoch. *4.* M. N. *5.* Hoch. *5.* M. n. *4.* M. N. *5.* [19] M. n. *4.5.* M. n. Valē. *4.* [20] M. n. *4,5.* Pe. *4.* [21] Kuck: *5.* d. *4.5.* Licē. *4.* Licentia. *5.* [22] e *4.* ę *5.* Io. P. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [23] arti. *4.* [24] loycam *5.* [27] e *4.* ę *5.* I. P. *4.* Ioan. Pfeffer. *5.* [28] ſcrip. *4.* [28.29] M. n. D. *4.* M. N. D. *5.* [29.30] D. Pe. bertrā *4.* D. Pet. *5.* [30.31] d. Pe. meyer *4.* Pet. *5.* [32] facis eos *4.*